

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

مقامات الحري

CONSESSUS
HARRII

QUARTUS, QUINTUS & SEXTUS.

E

CODICE MANUSCRIPTO

LATINE CONVERSI AC
NOTIS ILLUSTRATI.

ACCEDUNT

MONUMENTA
VETUSTIORA ARABIÆ.

CURAVIT & EDIDIT

ALBERTUS SCHULTENS.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JOHANNEM LUZAC,
MDCCL.

1944

1945

1946

1947

1948

1949

1950

1951

1952

1953

1954

1955

1956

1957

1958

1959

1960

1961

1962

1963

1964

1965

PRÆFATIO.



QUANTUM in Eloquentia *Arabum* gradum occupet *Haririus*, ante Editionem trium priorum *Confessuum* insinuatum. Præcipua ei admiratio inde conciliata, quod ut nihil copiosius & uberius, ita limatius castigatiusque nihil ab ullo humano ingenio proficisci posse videatur.

Ejus Quinquaginta *Confessus* totidem limpidos fundunt rivos, qui vernantia prata, & viridaria amoenissima, prælabantur, atque rigent.

Nempe Scriptor ille semper novus, semper recens, ea polluit Vena, quæ usque & usque inter manandum crescat, seque ipsa ditior jugiter, uberiorque, evadat.

Nihil propterea legisse, nihil intelligere inter Eruditiores *Arabes* censetur, qui *Haririum* non contriverit, ac velut in succum & sanguinem converterit.

Si *Musæ* benigno oculo seculum nostrum respexerint, omnesque illos *Confessus* in

P R Æ F A T I O.

lucem tulerint, habebunt quod sibi gratulentur Literæ Orientales, in primisque *Hebrææ Linguae* interior cura, ac cultura; cujus eminentiam, dignitatem, gravitatem, vetustissimumque genium Scriptor hicce admirabiliter exprimit, atque repræsentat.

- Omnium *Confessum* versionem jam a longo paravi.

Evulgationem ut moratur frigus, quo præcedentis seculi ardor per *Erpenium*, *Goliūque* nostros, commotus, atque a principibus *Theologica & Philologica* scientiæ viris fatus, infeliciter elanguit; ita resuscitatus vigor poterit maturare.

EXCERPTUM

EX

IBN CHALIKAN

DE

VIRIS ILLUSTRIBUS:

QUO OCCASIO OPERIS ENARRATUR.

محمد القاسم بن علي بن محمد
ابن عثمان الحريري البصري الحرامي
صاحب المقامات كان اوحد
ايمة عصره ويزرق الحظوة التامة في عمل
المقامات واشتملت علي شي كثير من
كلام العرب ولغاتها وامثالها ورموز اسرار
كلامها ومن عرفها حق معرفتها
استدل بها علي فضل هذا الرجل وكثرة
اطلاعه وغزارة مادته * وكان سبب وضعه
لها ما حكاه ولده عبد الله قال كان
ابي جالسا في مسجد بني حرام فدخل
شيخ ذو طمرين عليه اهبة السفر رث
الحال فصيح الكلام حسن العبارة فسأله
الجماعة من اين الشيخ فقال من سروج
فاستخبرته عن كنيته فقال ابونريد
فعمل

P R A E F A T I O . 1

فعمل أبي المقامة المعروفة بالحرامية وهي الثامنة والأربعون وعرضاها الي أبي نريد المذكور فاشتهرت وبلغ خبرها الوزير شرف الدين ابونصر ادوشروان بن خلد بن محمد القاشاني وزير الامام المسترشد بالله فلما وقف عليها اعجبته واشار علي والدي ان يضم اليها غيرها فاتمها خمسين مقامة *

والي الوزير المذكور اشار الحريري في خطبة المقامات بقوله فاشار من اشارته حكم وطاعته غنم الي ان انشي مقامات اتلو فيها تلو البديع وان لم يدرك الظالع شان الضلوع *** *

Abu Muhammed Elkasim Ibn Ali, Ibn Muhammed, Ibn Otsman, Hariri, Bafrensis Haramius, Auctor Confessuum, fuit unicus Antistitum sui seculi; cumulatissima auctus felicitate in componendis Confessibus. Hi complectuntur insignem partem Linguae Arabum, cum formulis, و proverbiis eorum, intimisque arcanis eorundem sermonis. Hos confessus qui condigne enucleaverit, indicium inde capere poterit Excellentiae viri hujus, vastaeque Eruditionis, ac copiosissimae venae. Causam compositionis banc narravit Filius ejus Abdalla. Pater meus, inquit, sedebat in Templo Haramidarum; quum illuc ingressus senex tritis tectus pannis, habitu iter facientis; lacer conditionis; facundus sermonis, pulcher Elocutionis. Eum interrogavit coetus, undenam senex? Ille, Serusjo: explorarunt dein, quid cognomenti? Ille, Abu Zey-

P R Æ F A T I O.

Zeydus. Tum composuit Pater meus Confessum qui appellatur Haramiensis, octavum & quadragesimum ordine; eumque retulit ad prædictum Abu Zeydum. Quum celebraretur illa scriptio, & fama ejus pervenisset ad Vezirium Sjerphoddinum Abu Natfir Anusjirvan ibn Chalid, ibn Mubammed, Kasjanensem, primum Ministrum Chalyphe Mostarsjid Billa; isque eam legisset, admirationem ei commovit; atque Auctor fuit Parenti meo, ut alios ei confessus adjungeret. Itaque ad quinquaginta usque confessus complevit.

Ad hunc Vezirium respexit Hariri in Præfatione confessuum, quum ait; Et Auctor mihi fuit, cujus nutus imperium, & obsequium præda, ut componerem confessus, in quibus vestigia premerem Ejus, qui Scriptionis hocce genus excogitavit: quamvis sane claudicans metam non contingat firmo latere valentis &c. &c. &c.

Alia ibidem attexta, sepono. Sed curiosius, quam ut supprimatur, hocce.

ورأيت في بعض المجاميع ان الحريري
لما عمل المقامات كان قد عملها
اربعةين مقامة وحملها من البصرة الي
بغداد وادعاه فلم يصدق في ذلك جماعة
من ادباء بغداد وقالوا انها ليست من
تصنيفه بل هي لرجل مغربي من اهل
البلاغة مات بالبصرة ووقعن أوراقه اليه
فادعاه فاستدعاه الوزير الي الديوان
وساله عن مناعته فقال انا رجل منشي
فأخرج

P R Æ F A T I O.

فأقترح عليه انشاء رسالة في واقعة
 حينها فانفرد في ناحية من الديوان واخذ
 الدواة والورقة ومكث زمانا طويلا فلم
 يفتح الله سبحانه عليه بشي في ذلك
 فقام وهو خجلان * وفي جملة من انكر
 دعواه في عملها ابو القاسم علي بن افلاج
 الشاعر فلما لم يعمل الحريزي الرسالة
 التني اقترحها الوزير انشد ابن افلاج ✽

شبخ لنا من ربعة الفرس
 ينتف عشونه من الهوس *
 انطقه الله بالمشان كما
 رماه وسط الديوان في الخرس *

*Vidi in quibusdam voluminibus, Haririum quum
 confessus componeret, quadraginta primum confecisse;
 eosque Basora detulisse Bagdadum: quorum quum sese
 Auctorem ferret, fidem ei negasse plurimos ex Erudi-
 tis Bagdadi, dixisseque: neutiquam ejus esse hoc opus;
 sed viri cujusdam Africani, cujus nobilitata erat fa-
 cundia. Hunc Basoræ decessisse, hujusque Chartas
 ad eum pervenisse, quas ille sibimet arrogaret. Tunc
 illum evocatum a Vezirio ad Diwanum, interroga-
 tumque, quid artis profiteretur? ✽ respondisse, se
 ab Epistolis esse. Injunxisse ei tum Vezirium, ut Epi-
 stolam exararet ex tempore. Illum secessisse in angu-
 lum Diwani, sumtisque atramentario ac charta lon-
 giorē moram traxisse; sed Deum O. M. nihil ei
 scriptionis istiusmodi aperuisse: confusumque tandem
 Jur-*

P R Æ F A T I O:

surrexisset. Inter eos qui Haririo fidem denegabant fuit Abuikasim Ali Ibn Abblagj Poëta, qui quum Epistolam ex tempore conficere nequiret, cecinit.

Senex nobis ex Rabia Elphars

*Qui vellit extremitatem barbæ præ vecordia.
Eloquentem eum fecit Deus in Masjan,
Prout percussit eum in Diwan silentio.*

Ad versiculos hosce habeatur: *Haririum* nostrum sibi vindicasse originem ex nobilissima gente *Arabum*, quæ *Rabia Elphars* vocitata: vicum autem *Basoræ*, ubi habitabat, *Masjan* dictum: eique in more fuisse, ut dum aliquid commentaretur, *barbam* vellicaret.

Exitus hiece; quod domum redux, reliquos *confessus* decem eodem stylo, quin erectiore adhuc, & animosiore quodammodo, pertexuerit; atque ita invidos, & obtrectatores vicissim confuderit.

En aliud adhuc non injucundum. يحكى انه
كان دمهيا قبيح المنظر فجاءه شخص
غريب يزوره وياخذ عنه شبا فلما راه
استنزي شكلة ففهم الحرييري ذلك
منه فلما التمس منه ان يملى عليه
شبا قال له اكتب

ما انت اول سار غرة قمر
ورايده اعجبته خضرة الدمن *
فاختر لنفسك غيري اني رجل
مثل المعبدى فاسمع بي ولا ترني *

**

Nar:

P R Æ F A T I O.

Narratur Eum fuisse brevioris stature, & deformem vultu. Ad Eum autem accessit aliquando peregrinus quidam, visitaturus, atque aliquid scriptoris ab eo ablaturus; qui conspecto homine, ejus figuram contempsit. Id HARIRIUS intellexit: quum itaque ab eo peteret, ut aliquid sibi diceret, dixit ei, scribe:

*Non tu primus noctivagus, quem decepit Luna;
Et pabulator, cui placuit viror simetorum.*

*Ergo elige tibi alium; namque Vir sum
Moaidiji ad instar; proin audi me, non vide.
Tum vero confusus ille discessit.*

Allusum ab *Haririo* ad Historiam *Moaidiji* alicujus, ortumque inde proverbium *تسمع بالمعدي لا أنسأ* *Audias Moaidijum, non autem videas illum.* Is a *Noomano Hirensium Rege* contemtum exceptus, quod brevior esset statura, dixisse fertur *المراء باصغرية قلبه ولسانية* *Vir duobus minimis ejus censendus, Corde & Lingua.*

ABI MUHAMMED ELKASIM
B A S R E N S I S
VULGO DICTI
H A R I R I
DISSERTATIONES

E
M A N U S C R I P T O
BIBLIOTHECÆ ACADEMIÆ
LUGDUNENSIS

E D I T Æ
E T N O T I S
I L L U S T R A T Æ.

الْمَقَامَةُ الرَّابِعَةُ

الدِّمَّجَاتُ وَهَبَّاطُ

أَخْبَرَنِي
الْحَرِيُّ بْنُ هَمَامٍ قَالَ : ظَعَنْتُ إِلَى
دِمَّجَاتٍ عَامٍ : هَبَّاطٍ وَهَبَّاطٍ فَأَنَا يَوْمَئِذٍ
مَرْمُوقُ الرَّخَاءِ مَوْمُوقُ الْأَخْيَاءِ أَشْحَبُ : مَطَارِفُ
النَّشَاءِ

NOTE IN CONSESSUM QUARTUM.

١ دِمَّجَاتٍ, *Dimjat*, *Damiata*, unde *Damiatensi confesui* nomen, est nobilissima *Aegypti* urbs. De ea consulendus *Index Geograph. ad vitam Salad.*

٢ ظَعَنْتُ *iter feci*. Radix ظعن quæ secundum *Tebiebum* infert *ضد الإقامة* *contrarium standi*, vel *manendi* in sede sua, conferri debet cum لا يزل

loco moveri. Nempe ex *Dialecto* لا in ط mutari amat; ut in *Clavi* exemplis complusculis adstructum. Origo latet.

٣ عَامٍ هَبَّاطٍ وَهَبَّاطٍ

anno impulsione & repulsionis, proprie. Id saltem prætulim ex variis expositionibus, quas *Tebiebus* offert. هَبَّاطُ جُنَابَةٌ وَصَبَاحُ مَبَّاطُ دِفَاعٌ وَقَبِيلُ الْهَبَّاطِ الْإِقْبَالُ وَالْمَبَّاطُ الْإِدْبَارُ وَقَبِيلُ الْهَبَّاطِ الْاجْتِمَاعُ لِلصَّلَاحِ بِبَيْنِ الْقَوْمِ وَالْمَبَّاطُ التَّفْصِيرُ يَقُوقَبِيلُ هَبَّاطُ أَشَدُّ السُّوقِ الْيُورْدُ وَهَبَّاطُ أَشَدُّ السُّوقِ الْيُورْدُ الْيُورْدُ

Hijât est clamor, & vociferatio. Alii volunt, Hijât esse accessum. فَع

CONSESSUS QUARTUS.

DAMIATENSIS.



Etulit Harith Ibn Hemmam, Damiatam, inquit, commigravi, anno confusionis & tumultus pleno. Ego vero id temporis a lætiore fortuna respiciebar; atque ab Amicis unice diligebat: trahebamque vestimenta

& Mijât recessum. Iterum aliis Hijât est conciliatio pacis in populo; & Mijât, dissipatio ejus. Denique aliis Hijât est vehemētissima impulsio ad aquationem, & Mijât vehemētissima inde repulsio. In eo pedem figo. Aliquid proverbiale nempe subest huic formulæ a pastoribus, gregumve ductoribus, ductæ. Inter hos sæpe rixæ, & turbæ, ad aquatoria existunt, dum alii citius ad aquam impellunt camelos, quam par: alii tardius inde eosdem depellunt; aliisque locum facere negant. Pulchra imago, ad tumultus bellicos, & seditiones, pingendas. Sunt infinitivi 3. conj. هاطا Med. se strepere, tumultuari, & ماطا declinare. Inde etiam proverbialiter in 6. conj. تهايطوا inter se ultro citroque impulerunt, & repulerunt, pro discordiis fuerunt agitati.

4 Venusta formula, مرموق Fortuna commodioris ad-

pectu bonoratus. Nempe مرموق est vibravit oculum, leviori intuitu strinxit aliquem. Id favoris signum, si potentior inopem leni oculo stringere dignetur. رخاء Laxitas, opulentia, ergo hic inducitur ut Domina potens, quæ quem adipiscere dignetur, ditet simul. Adjectum non sine acumine, Dilectus fratrum. Nempe florentes amicorum turba circumfedit; circa pauperes ingens solitudo est.

5 Granditer dictum, Trabebam مطارف الثراء vestes opulentie. Est plur. fr. a مطرف vestis striata, & marginum ornatu insignis. Ducta significatio a طرف ora, extremitas.

Alterum ثراء proprie signat madorem; a ثري maduit. Inde

ثراء المال mador opulentie, in

الْتَرَاءُ ٥ وَأَجْنَلِي مَعَارِفَ السَّرَاءِ ٦ قَرَأَقَنْتَ صَحْبًا قَدْ
 شَقَّوْا عَصَا الشَّقَابِ ٧ وَلَرْتَضَعُوا أَفَايِفَ الْوَفَاكِ حَتَّى
 لَا حَوَا ٨

Hamasa. Designatur opulencia, ut sic dicam, irrigua; non avars habita.

6 Pari granditate enunciatur, أَجْنَلِي مَعَارِفَ السَّرَاءِ

remoto velo contuebar vultus laetioris fortuna. Forma سَرَاءُ est comparativa, in fæmin. ab سَرَّ. Latior: a rad. سَرَّ letatus est. Ea absolute venire amat pro Vita lautior, & beatior.

Ejus contrarium ضَرَاءُ vita calamitosior; ab أَضَرَّ, cuius Radix لَا رَدَّ pressit angustia.

Ajunt quidem Lexicographi, esse fæmininum sine masculino; sed hoc nihil: & أَضَرَّ certissime est comparat. mascul. magis angustans; cujus fæmin. pro fortuna afflictiore invaluit.

Sequens مَعَارِفَ est plur. fr. a مَعْرِفَ facier, speciatim frons

& nasus, quod inde يَعْرِفُ dignoscatur hominis indoles. اجْنَلِي est 1. sing. fut.: 8. a جَلَّى five رَجَلَّى revelavit.

Inde Octava signat, resectam & nitentem adspexit sponsam. Supra ad Conf. 3. illustratus hic usus. Admirabilis hinc figura emergit, qua fortuna lautior ut Sponsa inducitur, quæ ad Thalamum suum, & oscula, admittit beatiores.

7 Verbum رَأَقَنْتَ socium me feci itineris, est, 1. præter. 3. conj. a رَفَقَ.

Benignus fuit. juvit. comas fuit. Hinc رَأَقَ comitem se dedit alteri, præsertim ad iter unde رَفَقَ comitatus: cateroa iter facientium. Primaria potestas Radicis est, idem niti, fulcire.

Inde in 8. اَرْتَفَقَ innixus fuit cubito, qui مَرَفَقَ dicitur, quod eo inter reclinandum nosmet

stimenta cultissima opulentiae; & laetae vitae nitentem faciem adspiciebam. Assumsi autem itineris comites, qui baculum diffensionis confregerant; & consensionis haustus lacteos suxerant,

co

met fuleiamus. Hinc lux in
Cant. 8:5. מְרַפֶּקֶת עַל דְּרֹדָה.

Sequens صَحْبًا secundum A-
rabes est plur. fr. a صَاحِبٌ

socius. Sed sciatur pluralia ista
fracta esse ferme nomina sub-
stantiva, collective sumta. Sic
صَحْبٌ in Origine est societas.
Inde societas mea pro socii mei.
Id genus mirifice Grammaticam
Arabum implicuit: facile expli-
candum ab iis, qui judicio Cri-
tico pollent.

شَقُّوا عَصَا الشَّقَاقِ 8

fregerant baculum diffidii. عَصَا

pro عَصِي & عَصَى est لَوْدَا,

quod in לֹדֶן lignum contraxere

Hebraei. Radix عَصِي durus

fuit. شَقَاقٌ, diffensio in infin.

3. proprie est mutua diffra-
ctio, a شَقَّ fregit, unde شَاقَّ fre-

git erga alium. Non figurate
tantum, sed & proverbialiter e-
latum, frangere baculum diffra-
ctionis sive discidii. Nempe so-

lemne Adagium inter Arabes

شَقَّ فُلَانُ الْعَصَا

ada ترك baculum fregit : اذا ترك

الطاعة وخرج مبيانا

quum obedientiam missam facit,

& erumpit in dissidium. pulchre

Schol. قال ابو عبيدة العصا

تضرب مثلا للاجتماع

وانشقاقها يضرب مثل

للافتراق وقال ايضا معني

قولهم شَقَّ فُلَانُ عَصَا

المسلمين اي فرق جماعتهم

Abu Obeida auctor est Baculum

proverbiali usu adbiberi in socie-

tate, ejusque fractionem in diffi-

patione. Eo sensu dictum adfir-

mat, Rupit ille Baculum Mosle-

miorum, i. e. communionem eo-

rum deseruit. In Hamasa reperio

شَقَّ عَصَا الدِّينِ

fregit baculum religionis, pro eam

deseruit. Hinc jam venusta tra-

latione Haririus, frangere ba-
culum discidii, pro discidia fu-
gitare.

9 اِنْ تَضَعُوا سِخْرِي سِخْرِي سِخْرِي

8. a مَرَضِعُ item suxit, lactens

fuit.

١٠ لَأَحْوَ كَأَسْنَانَ الْمَشْطِ فِي الْأَسْنَوَاءِ وَكَالْتَفْسِ
 التَّوَّاحِدَةِ ١١ فِي التَّنْبِيَاهِ الْأَهْوَاءِ وَكُنَّا ١٢ مَعَ ذَلِكَ
 نَسْبِرُ النَّجَاءَ وَلَا نَرْحَلُ إِلَّا كُلُّ هَوَجَاءٍ إِذَا نَزَلْنَا
 ١٣ مَنْزِلًا أَوْ وَرَدْنَا مِنْهُ لَا آخَتَلَسْنَا
 ١٤ أَلْتَبَّ

fuit. Inde figurate رضع الثدي
 suxit uber ad omnia transfer-
 tur, ut sugere ubera doctrinae,
 virtutis &c. item vitii, injusti-
 tia &c. Eadem hic Metaph. nam

أَفَاقِيَّ proprie designat Lac

quod in uberibus colligitur inter
 binas mulieres. Est autem plur.

أَفَاقٍ, fract. secundus, a primo,

فَوْقٍ, cujus sing. قَبَقٍ, pro

a فَاقٍ media Waw, quod inter
 alia notat singultavit. Inde
 significatio hæc translata; nam
 humor denue confluent, seque col-
 ligens, quasi singultit. وَقَافٍ

est infin. 3. conjug. a وَقَفٍ
 convenit. Paronymasia nolim
 quem fugiat. Ea Orientales mi-
 rifice delectantur.

١٥ لَأَحْوَ &c. proprie, ma-

nifesto apparuere tanquam dentes
 pectinis in equalitate. Est 3.
 præter. primæ conj. a لَوَّاحٍ

micuit, splenduit, manifesto ap-
 paruit. Inde لَوَّاحٍ tabula nomen

لَوَّاحٍ invenit. Ea Arabibus
 omnis res lata, & plana: five
 lignea, five ossea, five alte-
 rius materiae. Specialius tabula.

إِسْتَوَاءٍ equalitas, est infin: 8. a

سَوِيٍّ æquus, æqualis fuit:
 שְׁוִי: unde in Hitpabb.

הִשְׁתָּוָה, & הִשְׁתָּוָה, sine
 Dagesb. Hinc Prov. 27: 15.
 נִשְׁתָּוָה æquabimus, cum He

parag: pro נִשְׁתָּוָה. Comparationem cum dentibus pectinis de-
 claret Teblebius الْمَشْطِ

مِثْلُ فِي كُلِّ اسْتَوَاءٍ فِي
 أَي

eo usque ut dentes pectinis æqualitate referrent : & conglutinatione voluntatum suarum unam viderentur efficere animam.

Sic comparati celerrimum cursum tenebamus, & vectabamur camelis stolide præcipitibus: quumque in mansionem aliquam descendissemus, aut requiem aliquam ingressi fore

اي حال كان فان لرادوا
استواء على الشر
قالوا كاسنان الجمار
Sicut dentes pectinis, Proverbium ad æqualitatem in statu quocumque. Si æqualitatem in malum intendant, dicunt, sicut dentes asini. أسنان plur. fr. a
دسّ دسّ dens, Radix سنّ سنّ acuit.

II. Proverbiale quid spirat quoque, ut anima una in conglutinatione voluntatum. نفس واحد est anima. واحد part. fem: a واحد, unicus fuit. التام est infin: 8. a تام med. Hamz. لاام, conglutinator fuit. Inde لاام conglutinatō proprie, dein fœderatio, natio fœderata. اهواء plur. fr. ab هوى cupiditas, adfectus veementior. Ex Pibb. هوى in Sacris remansit.

12 fuimus ibimus, structura Arabica, pro fuimus ut iremus i. e. ibamus. Thema prioris verbi كان extitit. posterioris سار med. je סר, Hebr. סר cessit, discessit. Sequens نجا est effugium, evasio, انا evasit celeriter. Inde jucunda phrasi ibamus evasionem i. e. السبر السريعة itionem celerrimam. Ei resonat هوجاء camelus præcep̄s in cursu, fem: ab هوج, compar. in quo inest هوج stolidi levitas & præcipitantia. Dicunt etiam ventus stolide præcep̄s, pro incitatissimo, & tentoria convellent. 13 Lecta phrasis منزل descendit descensionem, vel potius locum descensionis, i. e. mansionem. Est نزل descendit cum fluxu. In eandem mentem pulchre additur منهلا descendimus locum aquationis. يرد aquatum descendit, وردد Illud.

١٤ أَلْبَيْتٌ وَلَمْ تَطُلْ أَلَمَلْتُ فَعَنَّ ١٥ كُنَّا إِعْمَالُ الرِّكَابِ
 فِي لَبَاةٍ ١٦ فِتْيَةٍ الشَّيْبَابِ ١٧ تُدَافِقَةُ الْآهَابِ
 ١٨ فَاسْرَيْنَا

Illustratum alibi. **مَدَّالْ مِنْهَلْ**
 a **مَدَّالْ نَهْل**, *potum egit* : unde &
مَدَّالْ *aquatoria*, *loca pas-*
cuis, & *aquis rigua* ; *Esai. 7:*
19. ex. forma Pibhel.

14 Venuste dictum **إِخْتَلَسْنَا**
rapuimus, *furati sumus*, *moram.*
 Est plur. præt. in 8. a **خَلَسَ**
rapuit. In *Diw. Hud.* simili ve-
 nuſtate de bucula **تَخْتَلِسُ**
الْبَغَامِ *rapit mugitum*, pro le-
 niſſime mugit. Item **مَسَايِلُ**
مُخْتَلَسَةٌ *differtationes raptæ*,
 pro leviter & perſunctorie ſcrip-
 ta. Sequens **تَطُلُ** pro **تَطِلُ**
longum faciebamur, per *Apoco-*
pen, ob **لَمْ**. Vide *Grammat.*
مَدَّالْ طَالُ *longus fuit*,
 unde **مَدَّالْ** *in longum projecit.*

15 Verbum **عَنَّ** *accidit*, ob-
 venit, ante oculos apparuit, ſe-
 que obtulit. Hinc **عَنَّانُ**
إِعْمَالُ *nubes tranſverſa &c.*

exercere est infin. 4. a **عَمِلَ** *fecit*,
laboravit, **عَمَلُ** : unde in 4.
عَمِلَ *laborare fecit camel-*
lum ſuum, pro *incitavit*, &
مَرْكَبُ *ſtrenue exercuit currendo.*

per excellentiam ſunt cameli,
 quaſi vectura, a **مَرْكَبُ**
vectus fuit.

16 Recondita phraſis **لَيْلَةُ**
نَوَاحِ الشَّيْبَابِ *Nox juvenis, ſive*
junioris adolescentiæ. Eam ſic
 enucleat **هِيَ كُنَايَةُ**
عَنْ شِدَّةِ سَوَادِ اللَّيْلِ
وَأَنَّهَا لَا قَهْرَ فِيهَا لِأَنَّ شَعْرَ
الشَّيْبَابِ أَسْوَدَ وَيَحْتَمِلُ أَنْ
يُرِيدَ أَنَّهَا أَوَّلُ الشَّهْرِ
فَهِىَ كَالشَّابَّةِ فِي ابْتِدَاءِ
عَمَرِهَا وَاللَّيْلَةُ فِي أَوَّلِ
الشَّهْرِ أَيْضًا سَوَادٌ

Eſt circumlocutio vehementio-
ris nigredinis in nocte illu-
mi ; quoniam crines adoleſcen-
 tiæ nigriores. Fieri etiam po-
 teſt ut intendat primam menſis

remus, moram illic rapiebamus, nec cunctationem extendebamus.

Visum autem fuit nobis aliquando exercere vectores nostros in nocte admodum juvenescente, & cutim nigricante instar

noctem, quæ est tanquam adolescens, in principio ætatis. Nox autem initio mensis item nigra. Posterius hoc pertineret ad genus loquendi Latinum, quo Ver novum, adultum, & præcept, si-ve senescens, figuratur. Apud Xenophb. extat ἀνμαζύουσι νυκτός intempesta nocte. An hoc voluit

forte? Certe فَنِّي الشَّبَابُ est est ἀνμαζύουσι, vigorem adolescentiæ habens. Nempe فَنِّي forma Pebil, opponitur annoso, signatque juniorem, a Rad. فَنِّي juvenili ætate fuit. Convenit in Origine cum פָּתַח erravit, deceptus est: unde פָּתַח simplex,

facilis deceptu. De his alias. شَبَّ adolescentia a شَبَّ arsit, flagravuit, propagata, notans الحَبْوَان في زمان الحرارة الغريزية ætatem qua animans calore naturali maxime viget. Est ergo ardor proprie, si-ve flagrantia: sic

שָׂרִיב אֵשׁ flagrantia ignis, Job.

18: 5.

17 Reconditus adhuc, quod Nox inducatur غَدَافَةٌ corvum referens pelle.

الْأَهَابُ غَدَافٌ corvus niger, proprie

est Epiteton Poëticum, notans profusiore coma, vel pluma, præditum. Docet id Tauriz. ad Hamasa. كَثْرَ مَا يَسْتَعْمَلُ

الْغَدَافُ فِي صِفَةِ الْقُرَابِ يَرَانُ أَنَّهُ كَثِيرُ الرِّيشِ كَانَ رِيَشُهُ أَغْدَفَ عَلَيْهِ

كَمَا تَغْدِفُ الْمَرْأَةُ قَنَاعَهَا

Plerumque usurpatur vocabulum עֲדָרָה pro Epiteto corvi nigri.

Intenditur, eum esse plumosum; ac si pluma ejus אֲעֲדָרָה profusa esset

super ipsum, prout mulier העֲדָרָה profundit super semet calanticam suam. Hinc reliquas Glossas apud Cl. Golium sponte intelliges; simulque percipies cur אֲעֲדָרָה in 4. sit laxavit calyp-

١٥. وَأَسْرَيْنَا إِلَى أَنْ نَضَا اللَّيْلُ شَبَابَهُ
يُوسَلَّتْ ١٦. الصَّبْحُ خَضَائِلُهُ فَحَبَسَ
١٧. مَلِكُنَا

ram suam mulier : & extendit
nox tenebras suas. In ١. غَدَفَ

exponitur liberalis fuit , largi-
tor donavit. Est secundarium, a
primario illo, profusus fuit. Ha-
bes Hebraum צדק redundavit :
profusus , superfluous , fuit. In
Cōf. ١٥. habebimus وقد

اغداف جنح الظلام
وسبح الرعد في السماء
Famque profusa erat ala obscuri-
tatis , & murmurabat tonitru in
nube. Ab hoc غداف

٢. غَدَفَ
porro descendit غَدَفَ نِغْرُوم

corvus referens : quod genus
plerumque a Lexicis abest ; quia
infinitum esset ; nec cuiquam
Linguae gnaro aliquid difficulta-
tis inde creari queat.

Interioris elegantiae quoque
quod Nocti detur احساب

pellis, corium. Nempe اديم
pellis coeli pro expanso
frequentatur. Ea occasione
اديم pellis diei signare
coepit ejus expansionem, & luci-
dam faciem : & الليل
pellis noctis, contra, ejus nigra-
dinem. In Hist. Tamerl. pag. 60.
& 74. reperies الهواء
pellem aeris pro vasto inani.

Omitti hic nequit corvum
huncce profusa coma nigricante
præditum adeo placuisse Ara-
bibus, ut etiam ausi fuerint
Corvum pro coma nigricante bo-
minis ponere. Poëta Asedrus
rasuram capitis poenæ loco sibi
impositam dolens in Homas

لقد خلقوا منها غدافا كانه

عناقيد كرم اينعت واسيدرت

Profecto deraserunt de capite corvum i. e.

Comam nigricantem, baud secus ac si
Bacchi essent vitis, maturi simul & propenduli.

star corvi; continuavimusque iter, usque dum juvenitatem suam deposuisset, atque suam tincturam aurora abstergeret. Ibi tum tædio viæ correpti, in somnumque propen-

Allegatur ibidem a Taurizio a- | tiam describente
liud ex veteri poëta Adolefcen-

قلا يبعد الله ذاك الغراب

Non removeat Deus huncce nobis corvum

Hoc est vigorem coma nigricantis. Ex genio incimo Orientis ergo depromptum illud Cant. 5: 11. Come ejus שחרות כערב nigra ut corvi. Qui in Lingua adyta non penetrarunt, tales similitudines vexant. Ceterum ex his apparet, primam Scho-liasta interpretationem præferendam; ut Nox juvenescens notet nigra coma præditam.

18 Huc ducit sequens colon. Ad ejus illustrationem pauca.

أسرى iter nocturnum fecimus

est i plur. præf. 4. a سرى, noctu ivit. Porro, Nox exiit adolescentiam suam, palam nunc est, nigrorem coma deposuit. نض exiit vestem, & نض vulsit comam, in Origine conveniunt, & Hebraum נצה vellere, præsertim comam, multa luce augent.

19 Novam figuram præbet, Aurora tincturam suam abradens,

abstergensve. Nempe سلت est decorticavit, corticem derafit. Inde סלת mola, sive farina molita, nomen invenisse videtur. Certe סלת סלת & סלת Arabibus est genus bordei corticis expers. Latius tamen funditur, quippe quod decorticationem, aut grana decorticata, & molita, ex origine designare queat. خضاب, tinctura, in-

fin. verbi خضب tinxit, hic signat ex mente gemini Scho-liasta سوادا وظلام الليل nigredinem, & obscuritatem noctis: quæ ortu Aurora exuta, & discussa sit. Sic adfix. in خضاب rediret ad Noctem.

٢٠ مَلِينَا أَلَسْرِي وَمَلِينَا إِلَيَّ الْكَرِي ١١ صَادَقْنَا
 لَمْرَضًا مُخَضَّلَةً الرَّبِّي ٢٢ مَعْتَلَّةً الصَّبَا ١٣ فَتَحَبَّرْنَاهَا
 مَنَاخًا لِلْعَبَسِ وَوَحْطًا لِلتَّغْرِيسِ فَلَمَّا
 حَلَّهَا ٢٤

Mihi multo commodius, venustiusque, videtur, si ad ipsam auroram sese reflectat, quæ dicatur tincturam suam abstergere, roseo colore surgentis diei semet sensim in claritatem convertente. Nempe خضاب خضاب tincturam rubram adfert: unde in Hamaf. مخضوبة مخضوبة البنان tincta, extremitatibus digitorum, pro muliere: ex more Arabissarum, quæ extremam pul- pam, & unguis, roseo colore inficiunt. Item خضيب Epitheton basta sanguine tinctæ. Rem dubitationi eximit vetus dictum لَا تَتَزَوَّجْ سَلْنَاءَ وَلَا مَرْهَاءَ ne uxorem ducas tinctura digitorum negligentem, & collyrii oculorum. Elucet Roseos Aurora digitos ab Haririo captatos, & pulcherrime traductum illud أَسَلْتِ foem. a compar. أسَلْتِ, in muliere quæ tincturam rubram

extremis digitis derafit.

٢٠ مَلِينَا tædio correpti fuimus. In præf. 1. conj. a مَلَّ pro مَلَّ fastidiivit: pertasus fuit. Est notio secundaria, a coquendo sub prunis. Alibi indicatum. مَلْنَا, inclinavimus, a مَال Med. Je, flexit, inclinavit Je &c. Grata alliteratio: quæ & inter سَرِّي iter nocturnum, pro سَرِّي, & كَرِّي pro كَرِّي somnus, sive propensio in somnum potius.

٢١ صَادَقْنَا offendimus &c. Est in præf. 3. a صَدَف declinavit. مُخَضَّلَةً delicata, amœna, est part. 9. conj. a خَضِلَ ma-

penſi, offendimus terram cujus colliculi molles, Euri lenes; eamque elegimus, ut cameli noſtri recubarent, & nos ſimul deſcenderemus ad quietem. Illic quum miſcella noſtra

maduit. Inde **خَضَلَةٌ**, & **خَضْبَةٌ** forma part. Pabil eſt pratum amplexum: bertus delicatulus. Paradifus. **رَبِّي** plur. fr. pro **رَبِّي** a ſing. **رَبْوَةٌ** colliculus, tumulus, a **رَبَّى** **رَبَّى** crevit.

22 **مَعْنَلَةٌ** debilis. Eſt part.

8. a **عَلَّ** **عَلَّ** hauſit altera vice.

Inde **اعْتَلَّ** exhauſtus fuit: & morbo, aegritudine, debilitatus. Hinc latius dimanat, per uſus quos Lexicographi nulli annotant: ut hocce noſtrum, terra debilis Euri, ubi languidi & lenes ſpirant ventuli.

23 **تَجَبَّرْنَا** elegimus. Eſt præter.

5. a **خَابَر** med. je, bonus fuit, præſtitit: unde in 2. **خَبِر** bonum fecit: pro judicavit; elegit. In 5.

تَجَبَّر optimum judicavit. **مَنَاحٌ** recubitorium, ex part. 4. paſſ. q.

d. locus ubi recumbitur. Thema eſt **لَاَمَ نَاحٌ** procubuit camelus &c: **لَاَعْبَسَ**, e tribus conpoſitum, pro **لَاَعْبَسَ**:

in plur. fr. ab **أَعْبَسَ** camelus cujus albedo flavedine mixta eſt.

Is color **عَبَسٌ**. Sequens **مَحَطٌّ** eſt locus deſcenſionis ex itinere,

ſtatio, manſio. Etiam **مَحْطَةٌ** forma ſæmin. efferitur; quamvis Lexica eam negligent.

لَاَتَعْرِيسَ, iterum a tribus con-

ſtat: eſtque infin. 2. a rad. **عَرَسَ** ligavit camelum decumbentem: & ſecundario **لَمَ** ſubſtitit alicubi.

In 2. conj. **عَرَسَ** exponitur conſedere viatores circa extremum noctis, ut, capta aliqua quiete, mox iter proſequerentur.

Talis locus **مَعْرَسٌ**, & **مَعْرَسٌ**, ex participiis 2. & 4. vocitatur.

24 حَلَّهَا الْخَلِيطُ وَهَدَأَ بِهَا 25 الْأَطِيطُ وَالْعَطِيطُ
 26 سَعَتْ صَبْتًا مِنَ الرِّجَالِ يَقُولُ لِمَبْرِ فِي الرِّجَالِ
 كَيْفَ حَكَمَ 27 سَبْرَتَكَ مَعَ جَبَلِكَ وَجَبْرَتَكَ فَقَالَ
 28 لَأَرْعِي الْجَارِي وَلَوْ جَارِي 29 وَأَبْدُلُ الْوَصَالَ لِمَنْ ضَالَّ
 30 وَأَكْتَمِلَ

24 *Quumque* حَلَّهَا الْخَلِيطُ

descendisset in eam comitum turba.

حل *proprie est solvit,*

resolvit, nodum. Inde secunda-

rio ortum, descendere alicubi ad

quiescendum, vel diverfandum.

Sic حَلَّهَا *apud Aramæos.*

حَلَّهَا *est Pabil, notans mi-*

stum, a حَلَّهَا *misuit. Specia-*

tim signat consortem, & ami-

um. Ea vis mox recurrit.

Uterque Scholiast. & hic ean-

dem tenet. Sic collectivum fo-

ret. Suspicio tamen latiore

nunc potestate turbam mistam,

sive multitudinam misceantem,

nempe hominum & camelorum,

intendi.

25 Firmat opinionem no-

stram, quod subdatur, *Quum-*

que conquevisset in ea terra,

mansione, والاطيط, والقطيط

murmur camelorum, & tenebus
hominum. Prius descendit ab

اط 1. *striduit sella camelina.*

2. *Ipse camelus, præ lassitudine.*

3. *murmur edidit venter. Inde*

4. *teneriore adfectu motus fuit.*

Hæc Hebr. וסס illustrando

egregie subserviunt. Posterius

est a حَلَّهَا *sonum e naribus edidit,*

merius: ronebos duxit dormiens.

26 *audivi vo-*

calem e viris &c. cum Hebr.

وَو concinit *سَمِعَ. Sequens*

صَبْتًا *venit a* صَبَات *med.*

Waw, exclamavit; sonuit clara

voce. Etiam med. Fe fuisse,

forma nostra arguit &c.

27 *Quomodo* سَبْرَتَكَ

حَكَمَ

fra turba defedisset, in eaque lassorum gemitus camelo-
rum, & ronehi dormitantium, contieuisent, exaudivi voca-
lem quendam, nocturno confabulatori inter mansiones ita
dicentem: „Quænam institui tui ratio, cum homini-
bus seculi tui, vicinisque tuis? Cui ille, observo
eum qui ad me *diversat*, etiam *divertat* a justitia: &
„prodigus sum amicitia: erga eum quoque qui *ferocit*:

judicium moris tui? i. e. quomo-
do tibi agendum judicasti, & de-
crevist? Quænam tibi nor-

ma vita? &c. ^{عَصِي} incessus

transfertur ad vitam, consuetu-
dinem, morem agendi. ^{حَكَم}

judicium, ab ^{חָכַם} ^{חָכָם} sa-
puit: proprie, ^{פָּנִים} fuit. Inde
^{חֲכָמָה} ^{פָּנִים}, solida firmitas.

^{אֵל} ^{עֶמְרִי} sunt ^{חֲבִיל}

homines ævi tui; a ^{גַּל} ^{גַּל}

in orbem ivit. Hebrais ^{גַּל} co-

gnatam, vel eandem, signifi-
cationem exerit Dan. 1: 10. &
tatem ^{מַגִּלָּת} designans. Con-
fer quæ ad Job. 3: 22. notata.

^{גַּל} ^{גַּל} plur. fr. a ^{גַּל}

vicinus; confors. Est Hebr. ^{גַּל}

& ^{גַּל} ^{גַּל} Forma ista ^{גַּל} pro-
prie signat vicinitatem, confors.

tium. Pro ipsiſ virginis ea in-
valuit, collective: ut apud La-
tinos.

28. ^{عَرَبِي} colo. &c. fut. i. a.

^{عَرَبِي} parvit: pastorem egit:
rexit, curavit, custodivit, ob-

servavit &c. ^{جَارِي} vicinus, sic
dictus quod *diversetur*. Radix

^{جَارِي} ^{جَارِي} in fonte est *divertit*.

Hinc assumpta quoque notio in-
juste agendi. Usus Hebraos in
Originibus elucidabo.

29. ^{أَبْدَل} &c. liberaliter im-

pendo; est fut. i. conj. a ^{أَبْدَل}

largitus est, profuso erogavit o-
pes &c. &c. Inde pulchræ phra-

ses ductæ; ^{أَبْدَل} ^{أَبْدَل} impen-
dit studium suum, in Hist. Ta-

mer. ^{أَبْدَلُوا} ^{أَبْدَلُوا} impen-
derunt, erogarunt, animas; apud
Abulphar. Magnifice in Hamaſa

وَأَبْدَلُ فِي الْهَيْجَاءِ وَجْهِي وَأَنْتِي
لَهُ فِي سَوِي الْهَيْجَاءِ غَيْرُ بَذُولٍ

30 وَأَحْتَمِلْ الْخَلِيبَ وَلَوْ أَبْدَى 31 الْخَلِيبُ وَأَوْدُ
 الْحَمِيمِ وَلَوْ جَرَعَنِي الْحَمِيمُ 32 وَأَفْضَلُ الشَّقِيقِ
 عَلَيَّ الشَّقِيقُ 33 وَأَفِي لِلْعَشِيرِ إِنْ لَمْ يَكُافِي
 بِالْعَشِيرِ 34 وَاسْتَقِلَّ الْجَزِيلَ لِلتَّزِيلِ وَأَعْمُرْ
 35 الدَّهْلَ

*Et prodigus sum in prælio vultus mei, quantumvis ego
 Ejusdem extra prælium minime prodigus sum.*

Similiter noster, prodigo conjun-	fin. 2. أَبْدَى est præ. 4. a
tionem الوصال infin. 3. a	apparuit.
وصل accessit, proprie junxit.	31 أَوْدٌ diligo &c. Est fut. 1.
صال لاو est seviit.	conj. a وَدٌ, five دَدٌ di-
30 أَحْتَمِلْ suffero &c. in	lexit. Prius حَمِيمٌ notat Ami-
fut. 8. ab حمل portavit. خَلِيبٌ	cum a حَمٌّ ferbuit. Poste-
mixtus, jam haud dubie socius.	rius ferventem aquam. Hinc Pro-
Ei per kassam recinit تَخْلِبُ	verbaliter dictum, sorbere eum
commixtio, conturbatio, in in-	fecit aquam ferventem, pro ma-
	gnis doloribus & tormentis adfecit.
	In Nawwabig idem lusus

مَا لِلْفَسَاقِ مِنْ حَمِيمٍ
 غَيْرَ غَسَاقِ حَمِيمٍ

*Non habet improbus Amicum,
 Nisi aquam fervidam Orci.*

⁂ & tolero consortem, etiam si turbati consortii manifestus sit: & amo propinquum fervide dilectum, vel si fervidam mihi sorbendam praebeat; & amicum tenerum vel germano prætulerim: & sodali integrum praeſto officium; quamvis ipse ne decimam quidem partem repenſet: & con-

Cæterum جَرَعَ Sorsit, a جَرَعَ est fut. 3. a كَفَا

traxit ortum duxisse videtur.

prorum invertit vas. Inde in 3.

32 أَضَلَّ antepono &c. Fut.

conj. كَفَا compensavit, quasi appositum rem rei ad equilibrium.

2. conj. a ضَلَّ praeſtitit. شَقِبَ

Amicus tener; a شَقِبَ commiseratione ductus fuit. Est secundarium, a primario, tenuis fuit: ut supra alicubi enucleatum.

شَقِبَ fissus in duas partes: a

شَقَّ fidit. transfertur ad fratrem germanum; quasi dicas alferam tui partem, quæ a te diffusa veluti.

33 وَافَى expleo &c. Est

fut. 1. conj. a وَفَى integer, omnibus partibus completus fuit. Item integrum persolvit officium, debitumque. Prius وَفَى est formalis, quasi decimatus, sive decem partium consors. Posterius ipsam decimam partem exprimit.

34 أَشَقَّلَ tollo, levo, levando defero, & tribuo. Est fut. 10

conj. a قَلَّ levis fuit. Ita

Schol. verbum hoc interpretatus. Aliquid figuratius habebis, si des, leve reputo الجزيل

copiosum للنزيل pro hospite. fateor Lexicographos hanc notionem non indicasse: sed sufficit eam cum indole Radicis & speciei decima, esse conjunctissimam. Infra recurret.

جزل forma Pabil, a جزل

rescuit, revulsit, uti ramum cum fructibus. Sic copiosi notio nata. Apud Hebr. ۱۱۱ item deripere, ut cutim de carne &c. Item, violentius rapere,

spoliare &c. &c. نزيل hospes,

diversus, a نزل descendit, pra-

33 الدَّمِيبِلُ بِالتَّجْمِيلِ 36 وَأَنْزَلَ سَمِيرِي
مَنْزِلَةَ أَمِيرِي 3 وَأَحْلَلَ أَنْبَشِي مَحَلَّ تَرْيُوسِي
38 وَأَوْدَعَ مَعَارِفِي عَوَارِفِي 39 وَأَوَّلِي مَرَاوِقِي مَرَاوِقِي
وَالْبَسَ 40

praesertim ad diverfandum.

35 أَغْمَرَ mergo &c. Fut. 1.

conj. a غَمَرَ metfit, vel potius fupervittit aqua rem, eamque textit. Sic clarius adhuc

cernis, quid fit غَمَرَ, & غَمَرَ merges. Reliqua Originibus deputantur. نَزَمِبِلٌ est fecundus

seffor, qui post alium vebitur eodem jumento: a rad. نَزَمِلٌ inaequaliter onustum jumentum claudicavit, vel in latus se inclinans cucurrit. جَمِيلٌ pulchrum, nitidum, aliquatum proprie; a جَمَلٌ, quod alibi jam illustratum.

36 أَنْزَلَ colloco &c. proprie

descendere facio. Est fut. 2. conj. a

نَزَلَ, unde مَنْزِلَةٌ mansio, gradus; locus honoris, aut dignitatis. Crebrum in gradibus a-

strorum, &c. Hinc lucem foveratur מְזֻלֹת 2 Reg. 23: 5.

سَمِيرٍ confabulator nocturnus, a

سَمِرٌ, noctu, lucente luna, confabulari. Id fecundarium, a

سَمِرٌ umbra luna; tenebra, nox.

Unde? a fusco colore fuit, quod

est سَمِرٌ; vel potius كَمَرٌ bor-

ruit, cujus derivatum مَكَمَرٌ,

سَمِيرٍ clavus: unde alia no-

tione سَمِيرٍ clavis confixit. Ali-

quid ad Job. 4: 15. submonui jam. In Originibus plura. In

أَمِيرِي Emir meus præter ka-

fiam observabis verbum honoris,

quo Arabes uti solent, quum se

alicui ad omnia officia paratissimos profitentur; Tu meus E-

mir,

confero larga dona in hospitem, *mergoque convectorum*
 lautius: & colloco confabulatorem meum nocturnum in gra-
 du mei principis; atque familiarem meum loco ducis mei
 reputo: & depono beneficia mea apud omnes qui me
 norunt, atque socio meo promississimam opem exhibeo.
 „ Quin

mir, princeps, dictator, ab אמיר
 אמר dixit.

37 Eadem sententia aliis vo-
 cibus ornatur. أحل fut. 4.

conj. ab حل solvit, ite-
 rum est descendere facio: colloco
 in محل statione, gradu &c.

أنس familiaris, ab انس
 familiaris evasit, quasi dicas hu-
 manus. Similiter أنس huma-
 nitas; ut ذو الانس والادب
 præditi humanitate & eruditione.
 Hæc ab انش homo subnata;
 ipse ab أنت debilis fuit

nomen nactus. رئيس est
 ראש vel ראש princeps, præpo-
 situs; unde ראשן sive ראשן
 productum.

38 أودع commendo, depono,
 est fut. 4. conj. اودع posuit,
 deposuit: asseravit in scrinio.
 Hinc cognoscendi notionem du-

ctam sub دعى, alibi indicatum.

معارف noti, est plur. fr. ا
 معرف, cujus Thema عرف

cognovit penitius, cum Hebr.
 ערף unam tenet Originem.

Consule Clav. Dial. فوائد

beneficia aliud plur. fr. a part.
 præf. fam. عارف idem quod
 معروف, officium, beneficium,
 id quod omnes, ut æquum,
 bonumque, agnoscunt.

39 أولي impertio. Est fut. ا

ا وكى præfuit, &c. ex formula
 أولاه معروفاً impertio ei be-
 neficium: bene de eo meritus fuit.
 مرافق comes itineris, in part.

3. conj. مرفق plur. fr. ا
 مرفق commodum, lucrum, do-
 num &c. Utrumque ا مرافق
 مرافق, de quo paulo supra.

وَالْبَيْنَ مَقَالِي لِلْقَالِي ٤١ وَادِيمَ تَسْأَلِي عَنِ
السَّالِي وَالرَّضِي ٤٢ مِنَ الْوَفَاءِ بِاللِّفَاءِ وَأَقْنَعُ ٤٣ مِنْ
الْجَزَاءِ بِأَقْلَ الْأَجْزَاءِ وَلَا أَنْظَلَمَ ٤٤ حِينَ أَنْظَلَمَ
٤٥ وَلَا أَنْعَمَ وَلَوْ لَدَعْنِي الْآلَرَمَ

مَقَال

- 40 وَالْبَيْنَ *mollio, lenio. In fut.*
4. a لان *med. je, Lenis fuit.* Fortuita illa soni simul & significationis similitudo. Talia sexcenta produci possent. Viri docti nimis creduli sæpe hisce.
- مَقَالٌ *dictum, sermo, sententia, a*
- كَلَّ قَالَ *sonuit voce. لَقَالِي, a*
- كَلَّ *sonit, resolvitur in dua præs-*
- a & *part. præs. قَالَ, pro*
- قَالِي *a قَالِي torruit, frixit,*
- coxit in sartagine, كَلَّ, cujus*
- كَلَّ *five partic. pass, pro. كَلَّ*
- tostrum, in tostis frugibus, sa-*
- bisae, absolute. Hinc etiam*
- Alkali Chemicorum manavit.*
- Odii potestas secundaria adscita a coquendo, quum quis كَلَّ*
- phrasi Homérica.*
- 41 أَدِيمَ *perpetuam facio, in*
- fut. 4. a دام *perseveravit, man-*
- sit in loco, quievit. 106. De*
- Origine alibi. تَسْأَلُ interroga-*
- tio crebra: est forma rarior a سَأَلَ*
- interrogavit, سَأَلَ; speciatim*
- de salute alicujus: aut, qui va-*
- leat. أَلْسَالُ propter Articulum,*
- pro سَال, *est part. præs. I.*
- conj. a سَلِي *liquide securus fuit,*
- النَّاسِي *Hic venit pro النَّاسِي*
- لِلْحَبِّ مِنْ سَلَا عَنْهُ *eo qui obliviscitur amici, a phra-*
- si, securus fuit ab eo. Nempe*
- apud Latinos quoque securus re-*
- rum, aut personarum, dicitur,*
- qui cas parum curat, atque ex*
- memoria delet.*
- 42 أَرَضِي *acquiesco. Est fut.*

„ Quin' mollio orationem meam abhorrenti a me : crebro-
 „ que interrogo qui valeat is , qui *mei securus est* : & ac-
 „ quiesco pro plena remuneratione in ramentulo ; & conten-
 „ tus sum pro retributione minima portiuncula. Non que-
 „ ror quoque de injustitia , vel si opprimar , nec ægius
 „ fero , vel si me momorderit *serpens teterrimus*.

Et

x. conj. a رَضِيَ رَضِيَ, gratum
 habuit. Radicis proprietas in ad-

baerendo. وَفَاءٌ est consummatio

omnis rei ; a وَفَى وَفَى comple-

tus , omnibusque numeris perfe-

ctus fuit. Hinc proverbium du-

ctum اللِّفَاءُ غَيْرُ الْوَفَاءِ

pulvisculus , non complementum ;

quum quis jura sibi sua negata

queritur. Dextre invertit No-

ter. لَفَاءٌ res vilissima , pulvis ,

ramentum &c. a لَفِيَ neglexit.

43 أَقْنَعُ contentus sum : in

fut. I. a قَنَعَ humiliter rogavit :

item , contentus fuit eo quod da-

retur &c. Thematis Origo in

capite demisso , ac sub vestem re-

ducto &c. جَزَاءٌ pensatio , satis-

factio , a جَزَأَ ult. warw. Hinc

dies Judicii novissimi dictus

يوم الجزاء dies retributionis.

أَجْزَأَ partes , est plur. fr. a جَزَأَ

cujus radix جَزَأَ ult. Hamz.

partitus est. أَقْلٌ compar. & se-
 perlat. pro أَقْلٌ , levior , vilior ,

vilissimus : a قَلَّ قَلَّ.

44 أَنْظِمَ queror injustitiam.

Est fut. 5. conj. a ظَلَمَ injustus

fuit , oppressit : unde mox in

fut. I. pass. أَظْلَمَ opprimor. Ad

diversas significationes dige-

rendas , tenenda Origo , in ob-

scuritate.

45 أَنْقَمَ agre fero , in fut. I. a

نَقِمَ نَقِمَ ingratum habuit , & ut

tale repulit. Vides unde Ulcif-

ci derivatum sit , apud Hebraeos.

أَرْقَمَ Serpens , variegatus ex al-

bo & nigro , proprie notat

notavit punctis.

أَرَقَمَ acupingere.

variegare. Indicavi jam in In-

dice Geogr. ad Salad. sub voce

Errakimum : ubi nonnulla eru-

ta , quæ vidisse forte non pi-

gebit. Ille ثَعْبَانٌ مَنْقُطٌ

Serpens ثَعْبَانٌ مَنْقُطٌ , ut Schol. quo-

قَالَ لَهُ صَاحِبُهُ وَيْكَ 46 يَا بَنِي إِسْمَائِيلَ
بِالضُّمِّينِ 47 وَيُنَاقِسُ فِي التَّيْبِ لَكِنْ أَنَا لَا
أَنْتِي غَيْرَ أَلَمْ تَوَاتِي وَلَا 49 أَسْمُ أَلْعَاتِي
مِمَّرَاتِي وَلَا 50 أَصَافِي مَنْ يَأْبِي إِتْصَافِي وَلَا
أَوَاحِي 51

que notat, figuram præbet bo-
minis maledicti & virulenti: prout

دَغْ punxit, teritur tum in ser-
pente, tum in homine, qui quem
dente venenato mordet.

46 وَايْكَ vab tibi! est ad-
mirantis; simulque increpantis.

فِيلِيْلِي filioli mi, resolvitur in
فِيلِيْلِي diminut. ab فِيلِيْلِي pro فِيلِيْلِي

quasi فِيلِيْلِي & adf. prim. ي
per ke'ra, vel patach, si præ-
cedat aliud je. Dicitur tamen &

فِيلِيْلِي Buneiji. إِدْمَا Equidem, pro-
prie, utique quod: ex فِيلِيْلِي

sequens فِيلِيْلِي avare tenetur,
est fut. pass. i. conj. a فِيلِيْلِي avare
pepercit; tenacius adhaesit rei.

Hinc فِيلِيْلِي pretiosum mox si-

gnat, q. d. avare habitum, &
tentumve. Potestas in Lexico

omissa. Ejus fæmin. فِيلِيْلِي
dat plur. fr. فِيلِيْلِي: un-

de in Camuso Glossa obscurior
فِيلِيْلِي اللّٰهُ خَوَاصْ خَلْقِهِ

Res avarius habita Dei, dicun-
tur eximia creaturarum ejus. Mi-
nus recte Cl. Gol. reddidit pro-
prietates rei a Deo indita. In Gjeu-
bario ex Traditione adfertur,
لِلّٰهِ ضَمْنَا مِنْ خَلْقِهِ
يُحِبُّهُمْ فِي عَافِيَةٍ وَيَمْتَنِعُهُمْ
فِي عَافِيَةٍ أَيِ خَصَائِصِ

Deo sunt, quas avare habeat e
creaturis suis: eas vivere facit
in incolumitate; & mori in inco-
lunitate. i. e. peculiares, vel pe-
culiariter dilectæ, eximie caræ.

47 يَنْاقِسُ aspiratur, defi-
deratur; est fut. 3. a فِيلِيْلِي
فِيلِيْلِي

Et respondit ei socius ejus. Væ tibi, o filiole ! utique pretiosum quid avare haberi solet : & res caræ ambicioso expetuntur. „ Verum enim vero non venio ego ad „ quemquam, qui mihi non subvenit ; neque superbum „ mihi sumo colendum ; neque sinceritatem præsto ei , „ qui justitiam mihi denegat ; neque fratrem agnosco , „ qui

נָפַס spiravit. Inde נָפַס est studiosus quæsit, appetiit, adversus alium; etiam invidit: unde commodius adhuc, invidia mutua exercetur in re magni pretii. שָׁפַן pretiosum dixisse videntur, quasi octo partibus auctum.

Sensus utriusque sententiae est, non proficiendam esse estimationem: sed nobilitatem indolis, & generis, generose habendam.

48 אָטִי pro אָטִי accedo, in

fut. I. conj. a rad. וָטִי pro וָטִי venit, אָטִי. Usurpatur quoque pro donare, largiri. Ea notio hic forte captata: ut sit; non largior nisi relargituro.

מִוָּאֵי pro מִוָּאֵי, part. 3.

ab eadem radice; cujus אָטִי notat, vicissim accessit; consensit, morem gessit, favit, suppeditas tulit. Vulgus scribit וָטִי,

nec non מִוָּאֵי, sine Hamza.

49 אָסֵם designo. Est fut. I. a

וָסֵם notavit, signavit, nota dis-

stinxit. עָתִי pro עָתִי superbus,

refractarius, est partic. præf. verbi

עָתָה exorbitavit, modum excessit.

מִרְעָאָה pro מִרְעָאָה infin. 3. a

רָעַי pavit, רָעַה. Ejus potest

רָעַי valet, pavit cum

alio, observavit, curavit &c.

Pulchre dictum, non insignio mea observantia; pro non dignor

&c.

50 אֶצְפֵּי sincerum præsto a-

morem. Est fut. 3. a אֶצְפֵּי

ult. וָאָו & je; purus, clarus, nitidus fuit. In 2. clarificavit.

Hinc orta videtur notio verbi אֶצְפֵּי obduxit auro, argento &c.

quasi nitidavit, nitida crusta polivit. Altera quoque significatio speculandi, prospectandi, &c.

ex eodem hoc fonte dimanavit. In 3. con. existit, sincerus fuit

٥٠ أَوَاحِي مَنْ يُلْغِي الْأَوَاحِي وَلَا ٥١ أَلِي
 مَنْ يَحْبِبْ أَمَالِي وَلَا ٥٢ أَلِي بِمَنْ
 صَمَّ حَبَالِي وَلَا ٥٣ أَدَارِي مَنْ جَهْلَ مِقْدَارِي
 وَلَا ٥٤ أَعْطِي نِزَامِي مَنْ يُخْفِرُ نِزَامِي وَلَا
 ٥٥ أَبْدَلْ

fuit erga alium: purum affectum

monstravit &c. يَأْبِي negat,

abnuñt; in fut. 1, ab أَبِي recu-
savit, noluit, aberravit &c.
Non est contrarium Hebræi אָבִי
voluit; ut Cl. Gol. alique an-
notarunt: sed ex eadem Ori-

gine alio flexu invaluit. أَنْصَافُ
infin. 4. medium tenere: jus ser-
vare. &c. a نَصَفَ in medio
fuit: ad medium pervenit: dimi-
diavit.

٥٦ أَوَاحِي fraternitatem colo.

In fut. 3. pro أَوَاحِي. Radix

أَخِي frater fuit. Eam vulgus
وَاحِي effert; & in 3. وَاحِي.

Sequens أَوَاحِي necessitudines,
est plur. fr. ab أَخْبَتَ funis quo

jumentum alligatur. Nempe O-
rigo Thematis أَخَا est vinxit,
religavit; fortius adstrinxit, fu-
ne ad palum, & pedem jumenti,
revincto. Hinc improprie desi-
gnat vinculum arctius, cognatio-
nis, & necessitudinis, حرمة
& وُدّة. Cl. Gol. non recte prote-
ctio tutelar. Monui ad Job. 1: 5.
Errat quoque vir summus, ex
eoque Hotting. & alii, nostrum
أَوَاحِي res pascuales exponens;
nam اسباب ترعي apud

Gjeubar. valet necessitudines san-
ctissime observandas. Hinc Fra-
tri nomen أَخٌ pro أَخِي indi-
tum. أَخٌ ulva, live vinica, pro
berba palustri, etiam nunc jus
Hebræum recuperat. يُلْغِي
negligit, abjicit, est fut. 4. ا
لغا ult. wasa, frustra fuit.

- qui fraterna jura negligit: neque adjuto, qui spem meam frustratur: neque curo eum, qui vincula mea abrupit: neque leniter tracto eum, qui honorem mihi debitum ignorat: neque habenas meas permitto illi, qui clientelam meam prodit: neque

52 **أَمَالِي** adjuto; pro
أَمَالِي; fut. 3. a **مَلَا** ult. Hamz.

אִמְלֵי implevit. Item juvit. Etiam intransit: dives fuit; quasi dicas, plenus fuit. Apud Medicos valet Coryza & gravedine laboravit: iterum a plenitudine,

& obstructione. **يَحْبِب** fut. 2. a **خَاب** med. je, frustra fuit; spe & votis excidit. Convenit cum

خَاب med. warw, ad paupertatem redactus fuit: quin & cum

خَاب debuit, debitor fuit, & **حَوْب** debitum, crimen, reatus,

חַוְבָּ &c. &c. **אִמָּל** est plur.

fr. ab **אָמַל** spes, cujus Radix

אָמַל speravit.

53 **אָבָלִי** cura. Est fut. 3. a

בָּלֵי tritus fuit. Nempe cura, & sollicitudines, terunt.

צָרַם refecit; apud Hebraeos

צָרַם : unde **צָרַם** non

dum: plane non. **חַבָּל** vincula
plur. fr. ab **חָבַל** hic si-

gnat **אֲסָבָב אֶלְוֶסָל** causas
necessitudinis, sive conjunctionis. Hinc leniter corriges Cl. Gol.

وَصَال ,
sub **حَبَل** , redditur opus con-

tinuum.

54 **أَدَارِي** leniter tracto. Est

fut. 3. a **دَارِي** , scivit, circumvenit; latuit venationem captans: pexuit: discriminavit capillos. Posterior potestas primaria. Nempe scire est discriminare; discernere. Item decipere

est molli manu palpare, &c. Hac occasione in 3. **دَارِي** etiam

transfertur ad blanditias, & pacationem leniter tractantis.

55 **أَعْطِي نِزَامِي** permitto

capistrum meum i.e. obsequentem me praebo. **نِزَام** est **צָמַם** Chald.

quin Hebr. Ps. 140. 9. Nempe **צָמַם**

أَبْدَلُ وَدَادِي لِأَضْدَادِي وَلَا ٥٧ أَدْعُ إِيسَادِي
 لِلْمَعَادِي وَلَا ٥٨ أَسْحَ بِمَوَاسَاتِي لِمَنْ يَقْرَحَ بِمَسَاتِي
 وَلَا ٥٩ أَرِي أَلْتِفَاتِي إِلَى مَنْ يَنْشِئُ
 مَوَاسَاتِي وَلَا ٦٠ أَحْصَ حَبَائِي إِلَّا أَحْبَائِي وَلَا
 ٦١ أَسْتَطِبَّ

דא in Origine est destinavit,

i. e. fortiore vinculo firmavit; & adstrinxit. Hinc secum destinare, destinare in animo, cum animo, est propositum & deliberatum habere. Redi ad Conf. 2. pag. 70.

أَعْطَى fut. 4. a عطا ult. waw,

manu accepit rem: caput, manusque, sustulit ad capiendum quid: vicit: superavit. Omnia hæc palam secundaria: primarium latet

sub عطا supra rem aliam extitit: textit eam: עמר. Hinc jam

in 4. أَعْطَى largitus est. dona-

vit. Capere fecit. Item absolute

ductilis fuit, & obsequens camelus. Est Ellipticum, pro أَعْطَى

القوام capiendum dedit capi strum.

Dicitur quoque أَعْطَى الْقَبَانِ

præbuit habenam, quo Algazol, &

præbuit obsequium, أَعْطَى الطاعة

quo Abulphar. utitur. Sequens

يُخْفِرُ prodit, destituit, est fut.

4. a خفر pudore confusus

fuit. Nempe confundere, vel

pudore suffundere clientem, dixit

re, pro jura ejus prodere. دام

est fides clienti debita: protectio

patroni. دمنة clientela. دمني

cliens. Tributarius. Speciatim

Judeus, vel Christianus. Ita

أهل الذمة populus clientela, a-

pud Abulphar. 336. pro Judæis

& Christianis.

بَدَلُ الْوَدَانِ ٥٦ profudit amo-

rem. Vide supra num. 29. أَدَادِ

inimici, plur. fr. a ضد contra-

rius: Thema est ضد oppositus

fuit lateri, quod Hebræis נא

prodigo amicitiam meam inimicis meis ; neque missas facio
minas in hostem meum ; neque enodis sum in donatione
mea, erga eum qui latetur malis meis ; neque judico eum
mihi curandum , qui morti meae insultaret.

Non ergo donari me patior , nisi ab amantibus mei :

ne-

omitto ; fut. I. pro

أودع , a posuit, deposuit &c.

أوعد comminatio, a وعد

أوعد & condixit. Etiam in bo-

sum, est, promissus. معان infe-

stus : incursum ; est part. 3. a

عدي cucurrit, &c.

أشخ facile sum. In fut. I.

enodis fuit. Vide Conf.

pag. 160. مواساة consolatio,

sanatio, opitulatio. Est infin. a

وإسي pro إسي conj. ab

إسي uti, curavit

إفرج fut. I. a إفرج

إفرج est; floruit. مساءات

plur. sanus fem. a مساء male-

factum, vitium. Adde ex hoc lo-

co eligat. Radix ساء

vani, vitiosus, depravatus fuit.

أرى vidit ; ju-

dicavit, sensit &c. التفت cura,

respectus ; est infin. 8. a لغت

flexit לפת. Illustratum ad Jobi

cap. 6. يشمت fut. I. a شمت

Gavissus fuit ob malum, mor-

temus, inimici. Sic Algazal.

الجاسد يشمت بالمصيبة

Invidus latetur de infortunio.

أفان mors, a فاني consumma-

tus fuit : أفان. Apud Syros أفان

evanuit : consumtus fuit. Sic أفان

consummari, etiam est consumi.

أخص peculiarem facio ;

est fut. I. a أخص proprium &

peculiare tribuit ei. Hinc خاصة

خاصة forma part. pres. femin.

sunt privum, & commune. Prius

proceres, posterius vulgum si-

gnat. Usurpatur etiam خاص

أَسْتَطْبْتُ لِدَعِي غَيْرَ أَوْدَائِي وَلَا ٥ أَمَلِكُ
 خُلَّتِي مَنْ لَا يَسُدُّ خُلَّتِي وَلَا ٦ أَصْغِي
 نَبَّتِي لِمَنْ يَتَمَتِّي مِنْبَتِي وَلَا ٧ أَخْلِصُ
 دَعَائِي لِمَنْ لَا يَنْقَعُمُ وَعَائِي وَلَا
 أَفْرَعُ ٨

حَصَانٌ , أَخْصَاءٌ & , pro amicis interioribus , & privis.
 حَبَاءٌ est donum , ab حَبَا
 dedit : donavit. أَحْبَاءٌ Amici ,
 plur. ab حَبِيبٌ dilectus. Radix
 حَبَّ حَبَّبَ dilexit.

61 اسْتَطْبْتُ medicinam peto.

Est fut. 10. a طَبَّ medicinam
 fecit. Ea notio secundaria ; du-
 cta a consuendo , & futuris mu-
 niendo. 'Anāḫ. ḥāṭṭā. لِدَائِي
 morbo meo. Constat e tribus ,
 pref. & adf. cum substant. دَائِي
 morbus , a دَاءٌ ult. Hamz. mor-
 bidus fuit , male habuit : دَائِي
 نَوِي Arabes & pam : دَائِي co-

dem usu frequentant. Agrotā-
 vit. Aegritudine adfectus fuit.
 Male habuit. Male voluit. Hæc
 iterum secundaria ; a primario
 intus bombandi , & sonum red-
 dendi. Hinc ad intus corrupta ,
 & exesa , tralatio facta. Per me-
 dicinam morbi intelligatur reme-
 dium paupertatis. أَوْدَاءٌ Amici ,
 وِدِيدٌ

62 أَمَلِكُ tenere , possidere
 facio. In fut. 2. a مَلِكٌ ملك
